



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. III. An omnes tres species cognationis legalis impediunt, ac dirimant
Matrimonium, & inter quas personas?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

adoptati, si in illius potestate existant, & hæc est quasi linea recta cognationis hujus legalis. Secunda species est, quasi linea transversa inter adoptatum, & filios, ac nepotes, aliosque descendentes, saltem legitimos, adoptantis. Tertia species est, per modum affinitatis elicujus, inter adoptantem, & uxorem adoptati, & de converso inter adoptatum, & adoptantis uxorem. Sicuti autem certum est, quod oriatur hoc impedimentum dirimens Matrimonij ex adoptione perfecta, ita valde probabile est, quod non oriatur ex imperfecta tantum adoptionis; cum enim simplex hæc, & imperfecta adoptio, in rigore non veniat sub nomine propriæ, & rigide dictæ adoptionis, impedimenta autem matrimonij, velut odiosa, restringenda potius sint quam extendenda, nisi jura aliud jubeant, nullibi autem Ius ad adoptionem imperfectam impedimentum hoc extendat, neque ex hac adoptione imperfecta, ea pericula oriuntur, quæ ex perfecta adoptione, ubi adoptatus cum liberis naturalibus adoptantis cohabitare solet, consequenter non videtur asserendum, quod ex tali imperfecta adoptione hoc dirimens impedimentum oriatur.

§. III.

An omnes tres species cognationis legalis impediant, ac dirimant Matrimonium, & inter quas personas?

Prima species lineæ rectæ ascendentiæ quasi & descendentiæ, inter adoptantem v. g. adoptatum, & adop-

tati filias, nepotes & proneptes, absolute & indistincte dirimit in perpetuum matrimonium; cum hi omnes non nisi sint in potestate adoptantis, ac filii filiarum naturales. Secunda species lineæ transversæ inter naturales adoptantis liberos, & adoptatum, dirimit eodem matrimonium, si inter hos, durante adoptione contrahatur; si vero contrahatur inter hos, postquam vel per mortem adoptantis, vel per emancipationem cessavit adoptio, nihil subistit tale matrimonium, intelligitur ex *c. unico h. t.* Tertia denique species, quæ se habet per modum affinitatis, inter adoptatum & uxorem adoptantis, ex una parte, & inter adoptantem, & uxorem adoptati, ex altera parte, dirimit perpetuum matrimonium inter hos contrahendum, etiam si adoptio per mortem v. g. adoptantis, aut adoptati, vel per emancipationem hujus cessaverit, ita ut nunquam cum uxore adoptantis contrahatur, & possit adoptatus, vel cum uxore adoptati adoptio prout communiter Aa. colligunt ex generali Tituli hujus rubrica. Prohibente scilicet Ecclesiâ matrimonialem hanc conjunctionem in prima & tertia specie reverentiam, perpetuò durantem, quæ ab adoptato, hujus uxore, ac postea adoptantem; in secunda vero specie, prohibente conjunctionem talem Ecclesiâ, ob interpretativam aliquam fraternitatem inter adoptivum, & liberos naturales adoptantis, quæ licet non perpetuò durat, ita nec impedimentum hoc in tali casu perpetuum est.